



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hortulus Biblico-Moralis Et Asceticus

Pappus von Tratzberg, Franz

Ulm, 1725

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61252)

Facultas Reverendissimi & Amplissimi Domini, Domini
Abbatis Augiæ Majoris Brigantinae,

Nos Magnus Dei Gratiâ Abbas Monasterii Augiæ Majoris Brigantinae Ord. S. Benedicti Diocesis Constantiensis R. P. Francisco Pappus à Trazberg prædicti nostri Monasterii Professo, ac SS. Theologiae quondam Professori Ordinario, facultatem facimus; librum, cui titulus: *Hortulus Biblico-Moralis & Asceticus* à se compositum, atque à Theologis lectum, & approbatum typis mandandi. Actum in Monasterio supra memorato 6. Novembris Anno 1718.

Magnus Abbas, mpp.

APPROBATIO.

Hortulus (iste) *Biblico-Moralis & Asceticus &c.* tam ab Elegantia Conceptum & rarâ Methodo conspicuus, quam à Dignitate Materiae stylique amœnitate floridus est: nec tribulos malæ Fidei aut pravorum morum lolia progerminat; Verùm speciosis omnigenæ Eruditionis floribus excultus, suavem ubique sanæ & salutaris Doctrinæ spirat odorem. Dignissimum proin censeo, in quem omnes Moralium & Asceticarum florum amatores suis oculis descendant, atque tum pro comparanda S. Scripturæ compendiosa notitia, tum pro formandis ex tempore Concionibus, Doctrinæ flosculos sibi inde colligant. Dabam in Augiæ Majori Brigantina 23. Octobr. 1718.

P. Apronianus Hueber, Ord. S. P. Benedicti ibidem Professus p. t. Prior & SS. Theologiae Professor Ordinarius.

APPROBATIO.

Pæsentis Hortuli *Biblico-Moralis & Ascetici &c.* flores fructus Honoris & Honestatis sunt: qui cum & innocentiam morum & sanitatem Fidei ubique redoleant, & insuper variæ Eruditionis solidæ asceseos ac exquisitæ Eloquentiæ sapore non mediocriter redundant: idcirco dignissimos iudico, qui communi gustui omnium, quotquot *esuriunt & sitiunt Justitiam* per prælum publicum ex. & apponantur. Grünenbachii die 19. Octobr. 1718.

P. Joannes Sprenger Ord. S. Benedicti in Augiæ Majori Brigant. Professus olim SS. Theologiae Professor & p. t. Parochiæ Grünenbachensis Vicarius.